

**Text of the Society's Petition to the Holy Father That the  
Doctrine of Our Lady's Assumption Into Heaven  
Be Defined As a Dogma of Divine Faith**

Status Foederati Americae  
Septentrionalis.

Civitas Neo-Eboracensis.

Societas Catholica Theologica  
Americae Septentrionalis.

Societas professorum et perito-  
rum in scientiis theologicis,  
cuius socii omnes sunt sacer-  
dotes e diversis diocesibus,  
ordinibus et congregationibus  
religiosis in America Sep-  
tentriionali laborantes.

BEATISSIME PATER,

Ad pedes Sanctitatis Vestrae provoluti, socii Societatis Catho-  
licae Theologicae Americae Septentrionalis, in primo eiusdem Soci-  
etatis congressu in civitate Neo-Eboracensi archidiocesis Neo-Ebo-  
racensis diebus 25 et 26 Iunii, anno 1946, congregati, intime erga  
Beatissiman Virginem Mariam pietate permoti et vehementer  
exoptantes, ut huius benedictae Matris in dies magis gloria augeatur,  
eiusque privilegia in pleniore luce collocentur, exiguis sed ardentissi-  
mis precibus Patrem communem adire non dubitant.

Quot quamque pretiosis margaritis incomparabilis Matris Virginis  
corona vertentibus saeculis, inde ab Ephesina promulgatione divinae  
Maternitatis usque ad recentiorem Immaculatae Conceptionis defini-  
tionem, ditata sit, non ignoramus. At flagrans in filiorum animis  
erga Matrem admirabilem insatiabilis amor numquam quiescit;  
ideoque votis omnibus postulamus ut illud, quod cunctorum fidelium  
pietas iamdiu praesensisse et quasi praesumpsisse videtur, Beatissi-  
mam scilicet Virginem non solum secundum animam, sed etiam se-  
cundum purissimum corpus, quod Christum Salvatorem gestavit, in

Caelum esse assumptam, id Apostolico magisterio, quod falli nequit,  
dogmatice declaretur et definiatur fuisse a Spiritu Sancto revelatum  
ideoque fide divina ab omnibus tenendum.

FRANCISCUS J. CONNELL, C.S.S.R.,  
*Praesidens.*

Neo-Eboracensi,  
die 26 Iunii 1946.

JOSEPHUS CLIFFORD FENTON,  
*Secretarius.*

*The text of this Petition was drawn up by the Rev. Dr. John Francis Sweeney, S.J., of Woodstock College. The Society voted to petition the Holy Father to define the doctrine of Our Lady's Assumption and entrusted Dr. Sweeney with the task of drawing up the document at its meeting of June 26, 1946. This petition honoring the Mother of God is the first public utterance of the Catholic Theological Society of America.*

J. C. F.